

me est posterior, ita potentia est infinitus partibus prior: nec me tantum, sed et universis quae in celo et in terra sunt. Res mea umbra sum et Imago, processio ac preparatio; illa veritatem, salutem, perfectionemque affert. Non ego colleg illius sum, sed praecursor: praecedo eum ut Lucifer praeedit solen mox obscurandus majore lumine. *Illum enim oportet crescere, me autem minui.*, Joan. 3, v. 50.

Cucus. Quanto ipsum magis populus extollebat Christum credendo, tanto magis se ipse deprimebat Christo collatum.

Dignus, sufficiens, ad verbum, id est, dignus cui id committatur. Non fuit Joannes dignus, ex ipsa natura sua conditione: hanc enim infinitis perfectionibus superat natura Christi. Siquidem universa mortalium natura, cum Dei maiestate comparata, quasi stola etiqua momentum staterae reputatur (Isa. 40, v. 15), et sanctissimum quisque quasi pulvis et cinis, Gen. 18, v. 27.

Corrigam, lingualm suum vinculum scortum. Solvere corrigiam calcamentorum eius; id est, excalceare eum, à parte totum: solvenda enim sunt calcamenti antequam extrahi possint. Sententia idem unum est hoc, cum eo quod Matthaeus dicit calcamenta portare: nec dubium est quin Joannes, ut sepulchrum repedit, nunc his nunc illis verbis fuerit usus. Ne putetis, inquit, quod dixi, *fortior me est*, comparationis me id more dixisse, quam nullum volo intelligi: tanto ille est me modis omnibus superior, ut ego, quem vos aliquid esse creditis, quem vos suscipitis, illi collatus, infirmus adeoque nihil sim, prorsus indigne inter seruos ejus numerari, etiam seruos extremos. Cum ad summam illam ejus dignitatem, summaque divine naturae ipsius præstantiam, mentis oculos conjicio, indigne ne planè sentio, qui vel inimihi minister locum apud illum obtineam, et vel vilissimum partem in illius mibi ministerio vindicem. Nulla enim ministerii pars vilior quam à calcementis aliqui esse: calcorum alijus curam gerere, dominum illos nunc induere, nunc exire, illos ministrare, reponere, redere, mutare, pro domini libiti, eoque foras prouidente portare, si illos ponere aliquando loci sacri alijs causa, aut alias omnis mutare velit. Videri possit proverbiale fuisse hoc dicendi genus, ortum ex consuetudine Iudeorum, qui sanctiorum aliquem locum resurrexi calcos posse conseruare, advenientium etiam hospitum pedes lavare, regione nimis calidore. Omnia autem hinc intelliguntur, vulgarem inter Iudeos tunc usum fuisse solearam; quem Christus, haud dubium, ut extera similia, est imitatus: vide Marc. 6, v. 9. Jam igitur quid humilius quam solvere et portare soles calcios? certe is, cui hoc ex conditione competit, infimo in ordine est, si cum illo comparetur cui solvit aut portat soles. Atqui ille tantus est, inquit, ut ego non possum cum illo vel in hoc gradu comparari, sive naturam species, sive virtutem et fortitudinem. Magnus Joannes ad magnam provocat de Christo concepcionem opinionem, majorumque quam de homine haberi possit: qui ipso cole-

bratus inter natos mulierum maximus, Matth. 11, v. 11, inferiore se fatetur quam qui apud Christum mancipium agat; neque enim praeter veritatem humilis aut fuit, aut esse potuit. Vehemens itaque *tapinos*, quā mirum in modum se abjecti, ob quam vicissim mirum in modum elevatus est, juxta maximam: *Qui se humiliat exaltabitur.* Quin et affer Joannes hujus ex ipsis evidenter rebus probacione: *Vulsi, ait, cognoscere rationem virtutis meā cum illius virtute collatum?*

Eius, Latine superflium. *Iste*, vel per se solum, vel adhuc ministerio servorum suorum, vos, animas vestras,

*Baptizabit*, perfundet. *Ipsa metaphora dictio* *baptizabit* inquit Chrysostomus, *gratiae exprimit targitatem*.

*In Spiritu sancto*, id est, Spiritu sancto (præpositio in Latinis est superflua); Spiritu sancto in vos infuso. Per Spiritum sanctum autem intellige dona Spiritus sancti. Vos, inquit, ex rebus vobis missis me estimatis; at longe nobiliorum sunt que non videntur. Non ille ut ego corpora vestra sola aqua, sed animas vestras Spiritu sancto tinget, nec ut ego, ad penitentiam duxat provocat peccatorum, sed et à peccatis mundabit, ac donis colestibus imbuet. Effundet in vos, in more aqua, largiter et copiose, Spiritum sanctum, qui fons est donorum omnium, remissionis peccatorum, regenerationis, renovationis, justificationis, adoptionis, juris hæreditatis colestis (omnia haec comprehendit). Quanta igitur differentia est inter corpus et animam, inter aquam et Spiritum sanctum, inter imaginem et veritatem, inter apparatus et rem ipsam; tanta est differentia inter baptismum ipsius et baptismum meum, tanto est baptismus ipsius efficacior meo. Respicit autem haec Baptista promissio: *Ipsa vos baptizabit in spiritu sancto*, primum ad visibilem Spiritus sancti, in apostolos et eos qui cum eis erant ipso Pentecostes die, atque in plures deinde credentes, effusionem: *ipse enim Salvator, dum hanc promittit, alludent ad haec ipsa Joannis verba, ait Act. 1, v. 5: Joannes quidem baptizavit vos agnū;* vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Deinde vero respicit et ad invisibilis Spiritus sancti largitionem, tum per baptismum, tum per baptismum *respirare*, impositionem manuum sive confirmationem. Idecē enim visibiliter aliquando Spiritum sanctum Christus dedit ut invisibili per sacramenta largitione redderet certos.

Et 1631, qui ast ignis seu igni similis, purgans et inflammandis. *Ignis commemoratione adjiciat*, inquit Chrysostomus, *Spiritus sancti efficacitatem signavit, gratia ipsius vehemens atque invictum*; quasi diceret: Effundet in vos abunde, sive per se, sive per ea qua institutum sacramenta, Spiritum sanctum: cuius non otiosa erit in vobis mansio, verbi adeo efficax, ut instar ignis, sordes vestrorum consumat peccatorum, animorum dispellat tenebras, charitate, quā virtutem Deique gloriam prosequamini, et accendat, quam nulla afflictionum acerbitas superare queat. denique totos in

se transformet ac sursum rapiat. Hujusmodi enim sunt ignis proprietates, consumere, illuminare, inflammare, omnis in se transformare ac sursum rapere: proper quas ipso die Pentecostes, in specie ignis Spiritus datus est: ad quod et respecti Baptista propriece domo auctus.

Vers. 17. — *Crus. Prædicavit Christum Salvatorem et Spiritus sancti donorem*, quod ad primum ejus adventum pertinet; jam et judicem prædicat, quod ad secundum; ut, qui promissis non perlicantur, terrore compellantur; nec torpeant, tanquam omnibus salvis, qui semel Spiritu sancto baptizati fuerint. Et haec fuit Iudeus nova doctrina, de futuro Christi iudicis: non minus quam illa de regno colorum et gehennæ ignis. Paulatinus aperit Joannes mysteria omnia Evangelii, ut etiam mox Spiritus sancti ratione: nam quoniam Spiritus sanctus notus esset Iudeis eo tempore, cujus frequens est mentio in veteribus Scripturis, non tam in tercia in divinis persona, distincta a Patre et Filio.

*Ventilabrum*, τρίον, vannus, vel, uti legit B. Augustinus in Psalmum 92, *pala*, instrumentum est, quo frumenta, ad ventum ventilata quassataque, à paleis expurgantur, à τρύπa dictum, quod veluti expuunt et que sunt inutilia. En significatur extremum Christi iudicium, quod malos secerint a bonis, non tantum meritis, ut in hæ vita seceruntur, sed manifeste et loco et premio: quemadmodum dum frumenta vannis ventilantur, plena vacuis, ab inanibus fructuosa, quadam auro spirantis examine separantur.

In manu ejus. Sensus verborum est: Qui tenet ventilabrum suum manu suu. Significatur autem habere Christum, vel judicandi potestem, à Patre accepisse, (juxta illud Joan. 3, v. 22 et 27: *Pater omnia iudicium dedit Filio*, et potestem dedit ei et iudicium facere) vel paratum ad iudicandum peccata que uiescendum esse; in propinquio esse ipsius iudicium, uti propinquia est separatio palmarum à tritico, ubi agricola ventilabrum in manus accepit: juxta illud quod mox antecessit: *Jam securis ad radicum arborum posuit*.

*Purgabit*, ad verbum, *purpugabit*, seu *permundabit*, ut velit apud Matth.: exacte mundabit. Frequentur, inò vero semper, aream suam Christus mundat, dum nunc aufer ex area impios, nunc ad justitiam illos adducit, ac sensim justos ipsos perficit (*Omnem palmitem in me, loquitor Joan. 15, v. 2, non ferentem fructum, tollet eum (Pater)*, et *omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plus adferat*); at in seculi consummatione permundabit, dum nullum relinquet inter bonos malum, nec aliquid in bonis mali, sed exhibet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi. ut Apóstolus ait ad Ephes. 5, v. 27.

*Aream suam*. Area ea est in quam frumentum, ita ut demessum est, ex agro convenitur, quod deinde in are, ex aristis, plastris aut flagellis excluditur; tandem vero ventilabis a paleis seceruntur. Porro quod ait, *permundabit aream suam*, synecdoche est,

continens pro contento: area pro eo quod in aream congestum est; *aream suam*, id est, cornum in se credentium quem congregaverit, tum per se, tum per ministros suos; Ecclesiam, in quā permixti sunt homines mali. Utitur hoc loco contra Donatistas Augustinus, cap. 10 libri post Collationem.

*Congregabit*, coget, colliget, nihil sinet perire tritici.

*Triticum suum*, eos qui fuerint humilitate parvi, animi sinceritate candidi, freti virtutibus, solidi pietate, et constanter ac perseverantia graves; hujusmodi enim sunt triticeum Christi, cibus sunt quo pascitur Christus. Quare martyr Ignatius de se, dum ad bestias condemnatus esset: *Frumentum, aiebat, Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar*. Hier. in Catal. script. ecclæs.

In horreum, in repositoryum, in regnum colorum, in quo, a paleis separati tui perpetuò et felices agent.

*Sicut*, scilicet vel judicis vel tritici.

*Paleas autem*, Græce *paleas autem*: singulare colicile accepimus pro plurali, more Hebraico. Paleæ in Ecclesia li sunt, qui specie religionis nitidi, inanes sunt virtutibus, steriles bonorum operum, et iniquitatem cupiditatemque malorum ventis facile abripuntur, qui ex ea sunt radice oriundi ex qua triticum, ejusdem Ecclesia communione gaudent, eamdem profitentur fidem, iisdem imbuuntur Sacramentis, sed carent medullâ justitiae. Porro autem (id quod hinc sequitur) si paleas igni adjudicabitis, quanto magis ziania? si domesticos, quanto magis alienos? Sub paleis fortasse comprehendit, quidquid illud est, quod cum grano tritici natum, à grano seceruntur atque abieciuntur, ut culmos et spicas, quoniam non ad hæc segreganda, opus sit ventilabis, sed ad hoc ut exacte minutard area, à subtilioribus paleis.

*Comburet*, affligit. Is erat regnus illius mos, paleis in ignem abire et comburere.

*Iksi*, vero equo corporeo igni, id quod B. Augustinus doceat libri 21 de Civitate Dei cap. 9 et 10.

*Inextinguibili*, inextincto, hoc est aeterno: plus significatur quam vox sonet; igni, qui non tantum extinguit non potest, verum nec extinguit unquam, sed perpetuò urat et affligat quos semel accepit. Extinctu non potest quia fomentis opus non habet ut ardor, sed per se subsistit, aeternumque durat, Deo faciente; non extinguit verò, Deo ita actionem illius temperante, ut quoniam acerrime adurat, crucietque extremè, neque cesset unquam in eos agere quos aliquando accepit, nunquam tamen absunt.

*Nonne cernis solem istum*, inquit Chrysostomus in hunc locum, semper ardente et nunquam prorsus extinctum? Non legisti incensum rubum, nec tamen ipso incendo concrematum? Jam satis si peritus disputavi, ait Augustinus, posse animalia etiam in ignibus vivere, in uestione sine consumptione, et in dolore sine morte, per miraculum omnipotentissimi Creatoris, cui hoc possibile esse qui negat, à quo fit quidquid in naturis omnibus miratur, ignorat. Ita

que inextinguibilem intelligit enim, non in se tantum sed et in iis qui illi adjudicantur, hoc est, aeterno absque cessatione illos cruciantem; simili enim facto modo dicimus ad perpetuos quempiam carceres esse damnatum. Quare hoc loco refellitur eorum haeresis, qui docerunt reproborum peccata non esse perpetuum. Videri autem potest allusione Joannes, ad illud quod de pravaricitoribus Isaia ait, cap. 66, v. 24, citataque Servator Marc. 9, v. 44, 46, 48: *Vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur.*

VERS. 18. — *Et alia, præter ea que hactenū retulisti.*

**EXHORTANS**, inter exhortandum ad penitentiam viæ prioris et ad fidem in Jesum, Act. 19, v. 4.

EVANGELIZABAT, amniatibus Evangelii mysteria. Quedam alia referunt Joannes Evangelista, cap. 1 et 5. Pleraque Christiani Evangelii mysteria copijs Joannes aperire, que Christus subsequens perfecte enarravit.

VERS. 19. — **TETRARCHA**, vide supra, v. 1.

HERODIADAE, illius adulterie incestaque mulieris, cuius turpi amore tenebatur, tum causâ, tum impulsu. Herodias nomen est patronymicum, vel certè diminutivum, impositum ab Herode Ascalonitâ (verisimile est) huic nepti suo ex filio Aristobulo, ut scribit Josephus, lib. Antiquit. Jud. 18, cap. 7.

FRATRIS sui, Philippi additur Syriacè, et à quibusdam libris etiam Graecè, id quod apud Marcum constanter ab omnibus legitur. Nupserset illa Phillipi tetrarchae Itureæ et Trachonitidæ, de quo supra, v. 1, cuius matrimonium ab Herodes (erat enim vir perpetuo modestus, et amatior quietis se otii, quod Josephus scribit ejuslibri qui supra, cap. 6) ausus est apud illam de impetrando illius conjugio menitionem facere. Quâd assenteente, convenit inter eos, ut quamprimum Herodes Româ revertetur quod jam iter instituerat, illa migaret in ipsius domicilium, ipsique jungeretur incestis nuptiis, reputati Aretæ Regis Petrus filia quam ipse antea duxerat. Ita Josephus, cap. 7, quanquam loco Philippi Heroden alterum incognitum nomen ponat, de quo vide Marc. 6, v. 17. *Fratri sui*, germani, non uterini; Herodes enim hic ex Malthace Samaritide; Philippus ex Cleopatra Jerosolymitana natus est, eodem iterum teste Josepho. Josephus ait uxorem fuisse Herodis alterius, filii ejusdem patris Herodis Magni, ex Mariam Simonis Pontificis filia; sed fallitur procul dubio. Nam et evangelistam tempore non modò recens erat sceleris luju memoria, verum etiam ante omnium oculos versabatur.

Joannes qui nemini parcerat nec ipsis Pharisæis, Heroden corripiebat: Illi cui fratri adhuc etiam vivente (obit enim demum Philippus vigesimo anno Tiberii Cæsariorum), uxor est, atque ex eo mater, illo adhuc invito tibi adhaerens. Adulterio et incestu raptum jungis, legis Dei pluribus modis transgressor. Padorem Baptista conabar incutere ut ad penitentiam provocaret. Sed licet facile crederet mere tricis illecebris irretitum à proposito non revocandum,

tamen quia publicum era scelus atque adeò turpe, non putavat sibi dissimulandum, quantumvis molestus esset et ingratius monitor. Libera igitur cùm esset prophetæ objurgatio, et publica infamisque facti ipsius atrocitas, peccatum autem corrigerem libido non sineret, non frustra timebat Herodes, ne qua repente populi sedatio adversus ipsum moveretur (accubabant enim ad Joannem et Galilei et Peræ), præter hoc quod increpatum non ferret. Novat Herodes Joannem apud populum esse vehementer gratiosum, quid et complures haberet discipulos, et baptizasset permulcos, et à plerisque crederetur Messias; a nemine certè non haberetur vir sanctimonie singularis et propheta à Deo missus, cui contradicere non licet. Quam ob causam vincit prophetam conciisque in carcere, ut dicitur versus sequenti, illo vincto tranquillam sibi licentiam promittens. Hæc prima ac præcipua Herodi causa fuit in carcere mittendi Joannis; fuit et alia quam Pharisei urgebant, à quibus Joannes Herodi traditus fuit, quæ non tam movit Herodem, quām ipsi servit velaminis loco, de quā Math. 4, v. 12. Ille itaque claram cernimur, quale fidis et cordatis veritatis predicatorum præmium in mundo maneat, presertim ubi vita coargunt. Vix enim centesimus quisque hominum corruptionem admittit, multo minus tyranni, quibus nihil acerbius est quam in ordinem cogi.

At totius negotii architectrix, et mali artifex a fons exultat. Herodias voti sui compos facta, et lingua veriloquam discriminali aui confudit, denique crudeleum triumphum de suo censore agit; sed postea, illa simul et Herodes, suis opibus exuti, nec regnanti honore, sed et natali solo ac subsidisi omnibus privati, perpetuo apud Lugdunum, Syrus urbem, damnati exilio, suave bonis omnibus à justo Dei iudicio profectum spectaculum præbueré; narrat Josephus, lib. 18 Antiq. Judaic. c. 9.

MALIS, sceleribus, flagitiis.

QUE FECIT, adversus publicam justitiam et private honestatem exemplum. Matthæus et Marcus non meminerunt, nisi de adulterio incestuoso, Heroden à Joanne corruptum, ut cuius occasione Joanni Herodias machinata sit mortem, quam illi narrare institerunt; Lucas verò et de aliis pluribus criminibus reprehensione fuisse testatur; que eti si non perinde nota sint, fuisse tamen Heroden hunc, vafrum impiumque tyranum, tum ex verbis Salvatoris infra 15, v. 52, tum ex eo quod à Caio imperatore tetrarchia privatus et perpetuo exilio multatus sit, satis evadit manifestum. Porro in Joanne ad nullum Herodianorum vitiorum convinente, refulget insigne constantiae exemplum, quâd prædictis esse convenient doctores omnes, ne magnorum ac potentium vitia quacunque aut palpant aut dissimilant, inò ne vereantur, quoties ita necessitas tulerit, illorum in se provocare fieri.

HERODES. Antecedens loco relativi, Hebraico dendi generi.

VERS. 20. — **ADIECT**, satis superque scelerum pondere prægravatus, ut nefandum hoc facinus non adiecerit.

Et pro, quod.

INCLUSUS, ita nimis, præter injuriam viro sancto illatam, impedivit cursum, quantum in se fuit, prædications illius, et ministeri omni populo utilissimi; adhuc intercepti consilium et reprehensionem, qua via ipsi esse poterat ad punitiæ. Significatur itaque, tum desperatus esse militiam et ad summum venisse cumulum, cum remedis irascitur peccator; ne tantum corruptionem repudiat, sed et de monitore quoque suo hostiliter vindictam sumit. Vide que diximus versus precedenti.

VERS. 21. — **FACUT** est. Accidit opportuno tempore ante Joannis carcerem.

CUM BAPTIZARET à Joanne.

OMNIS POPULUS, populus Iudaicus magno numero se offerens.

ET JESU BAPTIZATO, et Jesus baptizatus esset et oraret, ut apertum fuerit celum; sic poterat interpres commutare infinitivum et participia cum verbis finiti modi, sensu clariore, quemadmodum cooperat in versu initio. Syrus, pro, et *Jesu baptizato*, reddit, orationem absolvens, *etiam Jesus baptizatus est*, inter reliquos, scilicet, offens erat tanquam unum è plebe, inter peccatores, publicanos, meretrices, milites, etc., nihil fastidiens commune cum hominum vulgo lavacrum.

ET ORANTE. Syrus: *Et dim oraret, apertum est celum.* Baptizatus Jesus oravi in ripa fluminis Patrem, compositis genibus et sublati in celum oculi ac manus, pro felici successu ardui illius negoti evangeli quod aggrediebatur, quod ut auspiciatus foret, rogavit, verisimile est, ut fieret à Patre ea quæ hæc sequitur sui declaratio et commendatio. Quanvis enim sciens Patri statutum esse hanc edere, quia tamen agnoscet sibi ut homini non esse debitam, sed gratiam esse, voluit eam et supplici oratione mereri, et humili reverentia excipere, docens interim, baptizatus non otiosum vivendum, sed instantium esse orationem, quia eti peccata sunt omnia baptismio laxata, nondum tam est carnis fragilitas solidata.

APERITUM EST, ad verbum, aperi. Apertum est non imaginari, sed reverâ, ut videret ipse Jesus è celis sibi afferriri auctoritatis testimonium, et Evangelii predicandi delegationem, simul ut manifestaretur Joanni, et honore ac gloriâ celebraretur, qui sese ipse ex dejeçerat, ut non dedignaretur cum peccatoribus servi manibus baptizari; denique, ut ad aggrediendum Evangelii et redemptio humanæ negotium, quod non absque difficultate et afflictione variâ perfecturus erat, animum acciperet, à Patre amari et honorari se animadvertisse.

CELIUS, celis proxima aeris aut ignis regio (nam haec celi frequenter nomen accipiunt) non enim necesse est ipsos summos celos intelligere, quos, cùm corruptione hand subjacent, credibile non est Deum, contra eam quam illis indidit naturam, diffidisse;

cum elementi aeris aut ignis diffusio ad hoc sufficeret, ut intelligeretur è celis proficiere, eam que videbatur columba speciem, et qua audiebatur vocem; idcirco enim hoc factum fuit. Formatus itaque, in supremo aera ignis regione, profundus hiatus fuit, prodigiosa luce coruscus, Jesu et Joannis oculis conspicuus.

VERS. 22. — **DESCENDIT** ex intimo apertorum celorum recessu. Non ipse Spiritus qui ubique est repletus orbe terrarum (Sap. 4, v. 7), sed columba species que apparuit, descendit, ut, inquit Augustinus, exterioribus visis corda commota, à temporali manifestatio venientis, ad occultam aeternitatem semper presentis converteatur (libri 2 de Trinit. cap. 5), et intelligent singularem hic ipsius praesentiam per gratiam, quæ ubique est per naturam.

SPIRATES SANCTUS, spiritus qui à Deo procedit vivificans, Spiritus sanctus qui à Deo emanat. Ille oritur questione an Jesus aut Joannes vidit descendente Spiritum; nam in Mattheo, cap. 3, v. 16, post verbum, vidit, quidam subaudient Jesus, quidam Joannes. Jesus enim potius ut subaudiat, requirit verborum syntaxis; ut vero Joannes, obvia ratio, quippe cui declarandus fuerit Christus, non Christus ipse sibi. Ego accipitem esse locum existino, ut utrumvis vel etiam utrumque subaudias, quemadmodum fecere Glossæ interlinealis auctor et Richelius. Jesus enim videbis referitur, ut certum eum prorsus factum intelligas, ut à Deo ad evangelizandū munus missionis et uncioni; ne temerè eum cōdilissime crederes, quod nemo nisi evidēti accepta delegatione audere debet prouerpere. *Nec quisquam* (inquit Apostolus Hebr. 5, v. 4, 5) *exiit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Sic et Christus non seipsum clariſſicavit, et Joannes autem vidit, ut satisseret divino promissio; hoc enim ei à Deo promissum fuerat visible signum agnoscenti Christi, quod et à se testatur acceptum, Joan. 1, v. 32, 35: *Vidi Spiritum descendente quasi columbam de celo, et mansit super eum.* Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: *Super quem videris Spiritum descendente et manente super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Itaque et Jesus et Joannes ex aperto celis viderunt Spiritum sanctum columbae specie, simul et audiuerunt Dei Patris vocem (hæc enim duo cōdilem pertinuerunt); sed an cetera hominum præsentium multiudo haec eadem viderit et audierit, res est incerta, nominatio auctori libri de duplicitate Martirio, Cypriano adscripti. Scriptura nihil hæc de re dicit; si tamen diligenter expendatur, faverit parti neganti, in quam propendit Dionysius Richelius et Thomas Cajetanus. Volens enim Joannes Baptista testimonium perhibere de Jesu: *Vidi, inquit, Joan. 1, v. 32, Spiritum descendente quasi columbam de celo, et mansit super eum.* Quod si preter ipsum viderant illud præsentes omnes, vel non erat ipsi apud eos qui et ipsi viderant res ista producentia, vel si erant alii, dicendum ipsi fuerat, non *vidi*, sed *vidimus* ego et populus omnis

presens; fuisse enim testimonium multò irrefragabilis, quippe publicum. Deinde, si presentes omnes videbunt columbam, et audierunt vocem celestem, credere par est in primis Joannis discipulos, qui praceptoris individualē adhærebant. Atqui, cùm laboraret Joannes in discipulis suis docendis incomparabilem Jesu prae excellentiam, et à se ad Christum transferendas, inculcat eis constans testimonium suum (Joan. 3, v. 28), nequaquam hanc visionem, quo maximè fuisse inculcata, ut clarissimum ē cœlis Jesu astatum testimonium, si illius spectatores fuissent. Adhac, non convevit Deus mysteria illa summa et incomprehensionis, quale est istud in primis SS. Trinitatis, ab ipso modo initio, semel, integrè, nec paulatim, aperire promiscuo vulgo, imo ne discipulis quidem familiaribus; triennio enim propemodum formaverat discipulos suos Jesus, cum simile in monte spectaculum ipsi exhiberet, et nec ipsi omnibus, sed solis tribus ex ipsorum numero, additè etiam prohibitione ne cui illud ipsi revelaret ante resurrectionem suam, infra 17, v. 1, 9. Ceterum etsi solis Jesu et Joanni visio ista exhibita concedatur (certè vox Patris non hic addit quod infra 17, v. 5, *ipsius audire*, quod nec addi permittit secunda persona quā utatur posteriores evangelista) non tamen ipsi soli serviti, sed serviti et alii, quibus eam ipsi, et ex ipsi aliis, congruo tempore ac modo revelare debuerunt; quemadmodum Baptista fecit, et ex eo evangelista, Joan. 1, v. 32 et 34: *Et testimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi Spiritum descendenteum quasi columbam de celo et mansi super eum. Et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.*

Sicut *columba*, non id est, descendit in morem columbae, sed corporali specie sicut columba; specie, similitudine, figurā columbe, ipsum representantis, presentemque ostendens. Sic Actorum 2, v. 3, apparuérunt *dispertita lingue tanquam iq̄is*, id est, specie, figurā linguarum ignearum Spiritus sanctus apparuit. Porro, ut non verus illi ignis, sed ignis similitudo; ita nec vera hinc columba, sed columba similitudo; id quod B. Ambrosius docet in præfatione tertii libri de Spiritu sancto; nec ab eis sententia abhorret Augustinus, epistola 102, quoniam alibi aliud sentiat. Corpus simile corpori columbae, ex elementarii materia repente formatum fuit in motu, angelico ministerio aut divina aliquo virtute; quod, peracta significatio, præsentis Spiritus sancti, in præjacentem materiam reversum, esse desit. Propterea autem corpore species sive similitudo apparuit ut eo signo, Spiritus sancti natura invisibilis, praesentia, ipsis oculis Jesus et Joannis monstraretur; columba autem idcirco, ut, Spiritus sancti, qui adesset signabatur, Christique, qui Spiritu sancto docebat, proprietates experimeretur. Columba animal est foecundum, homini amicu[m], mansuetum, gratiosum, et bono gaudens odore: et Spiritus sanctus delectator mundis hominum mentibus, atque illi maxime quā commendet odoriferam virtutem gratia; benignus, liberalis, munificus est, coelestis

charismatum dives elargitor. Columba candida est, mitis, innocens, simplex, salutaris, miro affectu prosequens pullos suos. Hæc in Christum dilucide converunt, ut ne metuamus ad ipsum accedere, qui non formidabilis Spiritus potentia, sed amabilis et placida gratia induxit nobis occurrit.

In ipsum, Jesum; insidens in sacro Jesu capite. Graeci est pronomen non reciprocum, *αὐτόν*, sed ut sapè illud loco reciproci positum legitur, ita anecepisse malum intelligi, ut, et Christo et Joanni, quemadmodum diximus, columbam visam quas exponere. Certè quod hic verit interpres in ipsum, secundum Matthæum verit *super se*, secundum Marcum, *in ipso seu super ipsum*, Graeco sermone utrobique dicente *in aīzō*. Jam quod subdit in Christo, columba Spiritum sanctum representantis species, non fit virtute baptismi Joannis, tanquam illi daretur Spiritus sanctus (nam ut id accidit post baptismum, Jesu ex aquis egredio, ita reliquias a Joanne baptizatis haud acciderat) nec idē fit, ut monstretur impleri Jesus Spiritu sancto (qui a primo assumpto hominum nature momento non ad mensuram Spiritum Pater dederat), sed ut ostendatur Spiritu sancto plenus esse. Cū enim hactenius se domi tanquam privatus homo contineisset, nunc cū producentur est a Pater ad præstantium Redemptoris manus, hujusmodi signo declarat eum Pater messianum illum esse, quem olim ipse promiserat, unctum affatim omnibus Spiritus sancti dotibus, ad evangelizandum pauperibus, medendum contritis corde, prædicandum captivis indulgentiam, etc., Isa. 61, v. 1, 2, 3. Nec solum ipsum esse Spiritu sancto plenum abundante unctum, sed et de penitentiis sui alios uncturum adeoque baptizantium Spiritu sancto. Sie enim interpretatus est signum istud ipse Pater, qui Baptista illud promiserat: Joan. 1, v. 33: *Qui misi me baptizare, ille mihi dixit: Super eum videris Spiritum descendenter et manente super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Ut enim olim cū universum aliquando orbem naufragium commune meruisse, et omnes prorsus hominum genus in periculum exterminii aductum esset, apparuit Noë columba, finem tempestatis illius ostendens, atque, ore allato oliva ramusculo, tranquillitatem mundo redditum nuntians (Gen. 8, v. 11), ita modò Spiritus sanctus Joanni apparuit columbae specie, humani generis ē malis omnibus liberatore monstrans, et Dei per eum gratiam orbì oblatam annuntians. Denique subsidi in sacrum Jesu verticem Spiritus sanctus, et tanquam Dei digitus extensus (vocabit Christus Spiritum sanctum Dei digitum Math. 12, v. 38) monstrat certò, in quem proxima Dei ē columba vox feratur.

Vers. 17.—Er vox. Ecce rem aliam non mindū stupendam. Interea dum insidet Spiritus Dei columbae specie in capite Jesu, magnifica vox lapsa est de, ex, apertis coruscisque cœli, Deum Patrem representans loquentem. Unde columba venerat oculis conspicua, inde venit et vox auribus insonans; neque enim, aut sine voce columba, aut sine columba vox, Christum

certò demonstrasset; columba absque voce, non intellectum fuisse quid sibi vellet; vox absque columba, in incertum lata fuisse. Ceterum cū Pater nec audiiri possit, nec conspici, aut ulo corporis sensu percipi, *vox hec cœli delata, non Patris propria existit*, sed, quod ait Victor Antiochenus, *in Patria personā, per angelorum ministerium efformata fuit*. Aptè autem per vocem Pater immotuit: ipsa enim ineffabilis Verbi, quod eum orbi notum reddidit, genitor est. Atque hunc oracula reddendi modum, vox ē cœli missa, servavit Pater dum eum Filius in terra versaretur, Matth. 17, v. 5, Joan. 12, v. 28. Hie jam ceptum est SS. Trinitatis mysterium clare aperi, quod Christi deinceps predicatione divulgandum, *nulli unquam patriarcharum aut prophetarum, ait Richelius, tam aperte ad distincte revelatione fuerat, quam hic Joanni, Patre apparente in voce, Filio in carne, Spiritu sancto in specie columbae, quoniam diversimodè: nec enim ita vox et columba unitate fuerunt Patri et Spiritui sancto, quemadmodum caro Filio.* Fuit quidem totius Trinitatis effectus tam vox quam columba; sed columba solidum representavit Spiritum sanctum, vox solum Patrem, ut ei solus Pater est dicere: *Tu es Filius meus. Magnus itaque Joannes, cui se baptizandum credit Filius, se videndum invisibiliter exhibet Spiritus, sumus de cœlo Filium condonat Pater.*

Tu, homo Jesus, quem emisso Spiritu meo demonstro: quem hactenus promisi, jam praesentem exhibeo. Pater dum a Filio honoratur oratione, Filius meus in vicinis honoris respondō *cœli est*.

*Filius meus, ille Filius meus, non adopitivus sed proprius, non aliunde creatus, sed ex me genitus, nec de alia natura milii factus comparabilis, sed de cœla essentia milii natus equalis.* Hic est Filius meus, quem a me non separat deitas, non dividit portas, non discernit aternitas; qui eam quam mecum habet equalitatem, non rapiat appetit nec usurpatione præsumpsit, sed manens in forma gloria meæ, ut ad reparandum genus humanum, exesse queritur communem consilium, usque ad formam servienti inclinavit incommutabilem dictatum. *Hoc fieri D. Leo, sermone de Transfiguratione. Tu es ille Filius meus, olin a me promissus, Rex, Sacerdos et Doctor, Psal. 2, v. 6, 7; Psal. 109, v. 5, 4.*

*DILECTUS. Marc. 9, v. 7, verit charissimus;* non enim particulam est, sed nomen, vox cuius usus est Graecè, ἡ ἀγαπητή, ille dilectus (repetitur articulus magis emphasi), multi dilecti, ille unice dilectus tanquam unigenitus. Cū enim quis unum solum posset filium, maxime cum diligat; si vero pater factus sit plurim, disparitus affectus remittuntur, sicut veterum quidam. Alii ergo illi, solummodo quia dilecti; hic dilectus, quia filius.

*In tr., non in alio, quicunque ille sit, nisi per hunc.*

*COMPLACUTI MIHI.* Explicat dilecti rationem. Graecè non additur *mihi*. In te complacui, in te beneficium est mihi, in te acquevit animus meus. Phrasis est sacrilegia.

luminibus afferant, dolō ac fitione carentem, simplicitatem, *Spiritus enim sanctus disciplina effugiet factum*, Sapientia 1, v. 5.

VERS. 25. — Er, id est, tunc, eo tempore.

ERAT INCIPiens, id est, incipiebat, scilicet esse, Syrus omittit :<sup>2</sup> incipiens.

QUASI, circiter, plus minus.

ANNUM TRIGINTA; filius additur à Syro. Christus, inquit Titus episcopus in hunc locum, *triginta plus minus annos natus accedit ad baptismum*. Jam dies tredecim erant quod absolverat annum etatis tricesimum, quod habet sententia verisimilium, incipiebat itaque recenter tricesimus primus; quare recte evangelista, incipiebat esse circiter seu plus minus trigesima annorum; nam exactis triginta annis aut aquae a paulo minus aut paulo plus, tum denuntiatur vere incipiebat dici esse trigesima annorum. Jesus quando primum notus populo publico Joannis testimonio, et commendatus Patris coelitus delapsa voce, ad docendum predicandumque Evangelium et procurandam salutem nostram se accinxit, tunc absolverat annum tricesimum; haec est enim actas virili perfectissima, ad quavis viro digna opera apta, nullum relinquens illi calamitas locum, que adolescentiam facile contemnat. Ante hanc etatem nemini sacerdotis, doctoris aut prophetae officio fungi licet, ut et Hebrei tradunt, et ex 1. Paral. 25, v. 5, colligitur. Quidam hoc modo distinguunt atque intelligunt hunc locum: *Et ipse Jesus erat quasi annorum triginta, incipiens*, seu cum inciperet munus ad quod a Patre missus fuerat; nam Graecē postponitur vox, *incipiens*.

UT PUTABAT FILIUS, Graecē existens, ut putabatur, filius, q. d., existens naturā filius viri nomine Joseph, vulgi opinione et famā publicā, sed non reverā, eō quod matris virginis natus filius esset, quod paulo ante docimū. Alii illud, *et*, existens precedentibus jungunt, ita ut positum sit pro esse; interpres autem noster non expressit illud. Quia generis vitium apud vulgum multū abrogat auctoritatis, curatū est ut Jesus tamdiu erederetur filius Joseph, donec miraculis ac prædicationis salis inclinareret Evangelium; ne qua res interim immixueret auctoritatem prædicantis, si probabiliter dictus fuisset ex adulterio aut

VERS. 25. — ET IPSE JESUS ERAT INCIPiens QUASI ANNORUM TRIGINTA. Omnes penē annulam scriptores locum sicut vel anchoram saram arriperunt, quā nix verum Dominice nativitatis annū figuraerunt. Itaque Baroūtū, Franciscus Lucas, Scaliger, et alii tanquam certum putant significari, quod Lucas hic expresserit annum Christi tricesimum expletum, et trigesimum primum per paucos dies inchoatum, eō quod tunc aliquis proprie dicatur esse trigesita annorum, cim eos expleverit; atque illud, *quasi*, volunt non dubitative; sed assertive sumi, sicut Joan. 1: *Gloriam quasi unigeniti a Patre*. Pro quā sententia citatur maxime S. Ignatius, epist. ad Trallianos, cim reverā nihil stringit. Alii contra putant significari quod Christus inchoasset tantum trigesimum annū per tredecim dies, tum quā dicitur, *erat incipiens*; tum quā illud, *quasi*, diminutionem significat. Ita clare tenet Irenaeus 1, 2, c. 59. Sed revera videtur illud, *quasi*, dubitative sumi, sicut sumitur c. 22, v. 41, ut aliqui legunt; et supra c. 1 v. 56, et passim

fornicatione natus, ut cuius ignotus esset pater.

QUI FUIT ELI, qui Joseph fuit filius Eli, uxoris scilicet ratione. Neque enim existimandus est evangelista, qui superioribus capitibus descripsit ortum Jesu ex Mariā virgine, et genealogiam inchoaturus prefatus fuerat Jesum errore putatum fuisse Josephi filium, jam Josephi genealogiam condere, sed omnino Marie sub Josephi mariti nomine. Quidam vir doctus sic distinguit et interpretatur, *existens (quemvis putatur filius Joseph)*, *ipsius Eli*, scilicet filius, matre scilicet media. Hunc Eli, opinantur multi, fuisse patrem Marie, alias Eliaeū, alias Joacim dictum: tria enim haec idem unum esse nomen, unius ejusdemque etymologie, nisi quod postrem compositionem ingrediatur pars nominis Dei tetragrammati; alterius vero nomen Dei vulgare *Eli*; primum autem a secundo compendiū causā dicū sit, *Eli*, inquam ab *Eliaeū*. Ad quod probandum afferunt exempla duo, unum, quod Pontifex maximus, qui Judith 4, v. 5, et 11, vocatur *Eliaeū*; postea, cap. 15, v. 9, dicitur *Joacim*, iuxta Latīnam certè editionem, Graecē enim utrobius est *Joacim*; alterum quod antepenultimus rex Juda, utrumque nomen habenerit: cū enim *Eliaeū* vocaretur, rex *Egypti* verit̄ nomen ejus *Joacim*, quod legitur 4 Reg. 25, v. 54, et 2 Paral. 56, v. 4. Intelligent igit̄, Josephum filium Eli, pro eo quod est *generum*, quia maritus erat Maria, que, ut naturā, filia, ita Joseph affinitate seu lege conjugi filius fuerit Eli; nam more loquendi recepto, socii patres generorum, et generi filii dicuntur sacerdotum. Atqui propter ea, que alibi dicta sunt, præcipue vero, quod promissiones Davidi factas de gignendo ex se per Salomonem Christo, verisimili sit, implatas potius per lineam patris Marie, quam per lineam matris; ego malim intelligere, hunc Eli annū fuisse B. Mariae, patrem Anne; et postquam ab Evangelista Matthaeo descripta esset genealogia Marie ex latere paterno, ex parte, inquam, patris Joacim; Lucam a B. Virgine admonitus, describere genealogiam ex materno latere, ex parte, inquam, matris Anne; sed cum Hebrei in usu non esse feminas in ordine generationis recessere, a proinde non magis Anna haec nominanda esset quam Maria, primum nominatum

usupari solet; ut simplicissimus sensus sit quod Christus esset circiter seu plus minus trigesita annorum, sicut aperte intellexit Justinus Dialogo cum Tryphonie. Illud autem, *incipiens*, non significat quod inciperet esse trigesita annorum, cim inciperet officium suum seu prædicationem suam, ut satis indicant alii Scriptura loca, Act. 1, v. 22, et ibid., c. 10, v. 57. Ut proinde propter locum istum nemo cogatur recedere ab ea sententiā de anno natalis Domini, quam ei argumenta prægnanția sive historie sive mathesēs certam demonstrare videantur. Permittere enim videtur libertatem aliquam, ut non præcise anno trigesimo statet, sed circiter, hoc est, vel vigesimo nono inchoato vel trigesimo primo expletō baptizatus dici possit. Quo vero anno præcisē sit et consequenter natus et mortuus, lis chronologorum penē interminabilis est. Hoc ferè inter omnes recentiores chronologos constat, epocham illam seu computum communem, qui Dionysianus dicitur, juxta quem nos vulgo annos a Christo nato computamus, esse sequo-

fuisse Anne patrem, *Eli*. Itaque Joseph dicitur filius fuisse Eli, quia maritus Marie, quia fuit nepos Eli, ac proinde ipse suo modo nepos Eli, affinitate scilicet; nec enim vel illud præter morem est, quod nepotes dicantur filii et nepotes filiae avorum. Quod ergo a Lucia Josephi pater dicitur fuisse Eli, cū Mattheus dixerit fuisse Jacob, nulla repugnatio est: Jacob enim naturā Josephi pater fuit, Eli autem affinitate consuetudine conjugij. Nam ut dicas quod plerique, Jacobum quidem fuisse patrem ipsius Josephi naturā, Eli autem fuisse ejusdem patrem, aut adoptione, an lege ē quod Jacobus ex vidua generi Josephum Eli fratri suu uterino absque liberis mortuo: quid contulerit Eli, si hoc verum est, praesertim vero majores Eli, ad Maria Jesuque generationem, ita ut ex illis contexti potuerit genealogia quā ostenderetur Jesus natus ex semine David secundum carnem? Lucas itaque describit Mariā genealogiam ex latere materno, quam Mattheus descripsit ex latere paterno; atque utraque ex David dicitur, sed hæc quidem per filium Salomonem, illa per Nathan, ita ut duplice nomine Jesus David fuisse filius, et omni iure in regnum Davidis successisse ostendatur. Nathan enim, a Salomone proximus regno fuerat. Apollissim igit̄ evangelista, postquam Jesum, colitus dato a Patre testimonio, verum Dei Filium esse docuit, eundem verum esse hominis filium, humana successio ordinē comprobat, incipiens à Joseph, quem proximē nominaverat, ascendente, quenadmodum Mattheus ab Abraham descendendo: utroque enim modo, prout fert occasio, Hebrei genealogias recensent, quod vel ex capite quinto primi Paralipomenon manifestum fit.

breviorē, hoc est, aliquot annos ei adjiciendos. Unde Baron, et alijs duos, quem multi alii seculi sunt, volentes Christum esse natum Lentulo et Messalino consulibus, anno scilicet Julianæ correctionis quadragesima tertio. Quia sententia gravibus difficultatibus non caret, maximē quia cogitare fidem abhārō Joseph et Dionis, magnæ auctoritatis scriptoribus, quorum primus de rebus recentissimis, quas penē viderat, scribebat. Unde alii nonnulli quatuor annis communice computant antevertiū, ita scilicet ut, quem vulgo dicitur annū a Christo nato millesimum sexcentesimum trigesimum tertium, sit reverā 1657, dicuntque Christum natum anno Julianæ correctionis 41, augstus 12, Cornelio et Sallā consulibus. Favent ei admodum testimonia vetustissimorum historicorum Josephi et Dionis, et quod hov ipso anno Janus clausus fuerit pace per totum orbem compositum, et Iudei se scipto Herodis alienigena sua voluntate subiecserint, quia Christi nascitū signa à veteribus traduntur. Nec ei quidquam difficultate facit, nisi locus iste S. Lucas. Cogitum enim haec sententia ita expoñit illud, *quasi*, ut Christus illo anno decimo quinto Tiberi, cim baptizatur, expletisset annum etatis trigesimum primum, et inchoasset trigesimum secundum per tredecim dies; ut sic mortuus consequenter dici debeat annis trigesita quatuor expletis, et trigesimo quinto per tres circiter menses inchoato. Ex evangelio autem constat, post baptismum per tres annos et tantum mensibus prædicante. Quia difficultas non videtur esse tanta, ut dici possit illud, *quasi*, latitudinem illam admittere; maximē quia in actibus seu annis exprimitur rotundi numeri in Scriptura sapienti assuntur, omissione minutis.

De Ecclesiā vero, que in libris suis computu Dio-

VERS. 24. — QUI FUIT MATTHAT, qui Eli fuit Matthat, scilicet filius, et sic deinceps ubique subaudienda est vox *filius*, propriè accepta; nam circumstantiae coegerunt ut imprōpriè accipiatur, in eo quod preedit *qui fuit Eli*; quemadmodum etiam in ultimo, qui fuit Dei.

JANNE; seu Janna. Hic est Jannæus secundus Hircaurus, si Annæ ejusq[ue] Philoni credimus, postremus Judeorum dux ex posteritate Davidis, et progenie Assamororum seu Machabaeorum, de quo Josephus, libri 12 cap. 4 et 5, et Eusebius in Chronico.

JOSPH, Joseph junior Arses vocatur Philoni Annii; qui ex fratribus sui filiū genui Hircaurus, et Ptolomeo regi charus praefuit Syria, quod habet Josephus, libri 12, cap. 4.

VERS. 25. — MATTATHIE. Josephi patri fuisse Tobie nomen tradunt quidam, astuplanti historiographo Josepho initio capituli 4, libri 12, interque Josephum et Mattathiam interiectum generationes duas, Tobie et Joseph alterius cuius respectu Arses dicitus fuerit junior. Atqui Philo Annii, Judeorum dices à Davidis domo recensens, Josepho Arsei processorem proximum fuisse tradit Mattathiam Siloam, ut hie apud evangelistam se mutuo sequuntur illi. Non est enim temerē dicendum, à B. Lucā omissas generationes alias, sicut à B. Mattheo: ut non fuit eadem utrique ratio. Præter hoc quod non ut rem omnino certam statuere audeam, eos quos evangelista hic recenset esse duces illos Judeorum quorū Josephus in Antiquitatibus, et Eusebius in Chronico meminerunt; praesertim cùm de fide Philonis Anniani non perinde constet.

AMOS, Amos Syrach annis 14 praefuit, ait Philo ille,

nsyano utlī difficulitas exigua est; nam illum compatiut nativitatem Christi computat juxta editionem spesaginā Interpretum, et juxta computum corum in quo multis centuriis anteriorum redundare nemo paulo eruditus negat, et fateri coguntur quęnot volunt ut auctoritatem editionis Hebreice et nostra vulgariter sequi. Et hæc de estate Christi nascientis et obituariis sat.

Vers. 25. — UT PUTABAT FILIUS JOSEPH, Graecē additur, *et*, id est, existens, seu cū esset, ut parentes illius Joseph, id est, vulgi opinione et famā, non naturā, filius Joseph. Qui fuit Heli. Difficultas hic magna est, quonodo Joseph dicitur filius Heli, cim Heli, 1, dicitur filius Jacobi. Recentior quidam, facili rem expedīt, dicendo illud, *qui*, referendum esse non ad Joseph, sed ad Jesum, ut sensus esset, qui Jesus erat filius Heli, matre scilicet Mariā interposita, quia Heli iste pater erat beata Virginis, alio nomine dictus Eliaeū et Joachim; nam ista nomina eadem sunt, ut patet ex nomine Pontificis, qui iuncti 4, v. 5, et 11, vocantur Eliaeū, et tamen c. 15, v. 9, dicitur Joachim: unde et 4 Reg. 25, vers. 34, nomen Eliaeū vertitur à Pharaone, in Joachim. Alii quoque recentiores, qui putant ipsum Josephum vocari filium istium Heli, ita hoc explicant, ut fuerit genet̄ eius: nam generi sacerdotum filii vulgo dicitur, et saceroti eorum patres. Utroque modo deserteret hic genealogia beata Virginis ex parte patris. Sed utrāque sententia difficultatem graven patitur, eō quod isto modo promissiones Davidi facta de Christo nascitū non essent impieata per Salomonem, sed per Nathan. Itaque longe satis diceretur istum Heli esse patrem, non Marie, sed Annæ matris

NAUM. *Maslot Naum anni 7.*  
HESSI, ita scribiur et Syriacè. At Philo : *Aga*  
*Heli*, inquit, *annis 8*, nisi sit mendum libri.

NAGGE. Philo : *Nagid Artaxat.*

VERS. 26. — MAHATH. *Philo. Asar Muath.*

MATTATHIE. *Philo. Eliib Matathias.*

SEMEI. Philo : *Abner Semei*; sic omnibus bina dat  
nominis.

JOSEPH. *Philoni Josephus primus dicitur*; alii *Jose*  
*phus priscus.*

JUDA. *Philoni. Judas primus cognomine Hircanus.*  
VERS. 27. — JOANA. *Philo. Joanna ben Resa.*

RESA. Philo : *Resa Myscillan*; vult dicere, Resam  
alias vocatum Myscillan sen (quod habet liber pri-  
mus Paralip. cap. 3, v. 19) *Mosollam*. Nam *Mosollam*  
illuc recensetur ut filius primogenitus Zorobabelis.  
Atque non textur illuc genealogia nepotum David ex  
Nathan, quemadmodum hic secundum *Lucam*, sed  
ex *Salomone*, quemadmodum secundum *Matthaeum*; id  
quod locu*m* ipsa convincit; nam apud *Matthaeum*  
clarum est *Joam germanum Ochozio filium*, et *Salo*  
*monis*, non *Nathanis* nepotum fuisse. Negre vero  
dici potest defecisse *Salomoni stirpes*, nec ex ea  
Christum Regem prodidisse; *Salomoni enim pre cate*  
*ris dilecto*, cui ante natalitatem nominis hoc dulce  
pacis indutu*m* fuit (1. Paral. 22, v. 9), non tantum  
promissum fuit divinitus regnum patris, sed et thoro-  
nus regni eius stabiliendum in sempiternum, 2 Reg.  
7, v. 13: *Stabilim*, inquit, *thronum regni ejus usque*  
*in sempiternum. Ego ero ei in patrem*, et ipse erit  
michi in filium. Quibus verbis quid velit, addens docet: *Qui si iniquu*m* aliquid gesserit, arguam eum in*  
*virg*m* virorum*, et in plagi*m* filiorum hominum, hoc est,  
corrigam eum ponu*m* humana et clementi, quali homi-  
nes patres solent castigare filios suos ad emendationem,  
non ut excludant jure filiorum. Sic ergo *Salo*  
*monem* sicut posteros castigabo si peccent; at re-  
ga*m*, quod Davidi regi meo primogenito eternum  
fore promisi, non in perpetuum ipsi auferam; id  
quod eleganter Psal. 88, v. 21 et seqq. explicatur, et  
hic paucis indicatur hisce verbis: *Micericordiam autem*  
*meam non auferas ab eo*, sicut abstuli a Saul, quen-  
amori a facie tua. Quare 5 Reg. 11, v. 11, 12, 15,

eius, avum scilicet maternum Maria; ut Joseph dicatur filius eius, quia neips ejus, non consanguinitate, sed affinitate, quia Maria, quam duxerat uxorem, erat neipsis Heli; et sic describeretur hic genealogia B. Ma-  
rie ex parte matris, sicut apud *Matthaeum ex parte*  
*patris*, et ex utroque latere ipsa et Christus ex regali  
stirpe descendenter. Plerique tamen velentes duas  
alias solutiones amplexi sunt. Prima est, ut Joseph  
fuerit filius Jacob natura*m*, filius Heli adop*tio*nem, sicut  
contigit *Ephraim et Manasse*, qui à Jacob adoptati  
sunt, à Joseph geniti. Traditum hanc late August., lib. 2 de  
Consensu, c. 3, et lib. 2 Quæsti. Evangel., q. 5. Secunda  
solutionis est, quam plures probaverunt, Joseph fuisse  
filium Jacob naturali*m*, Heli verò legalem, cō quô*m*  
Jacob iuxta legem Deut. 25, vers. 5, coactus fuerit  
ducere viduam Heli, fratris sui uterini, id est, ex  
eadem matre, sed alio patre natu*m*, et sine liberis de-  
functi, ex quâ generari Josephum. Hanc prius tra-  
didit Julius Africanus in epist. ad Aristideum, tanquam  
acceptam ab ipsis cognatis Christi post ascensionem,

proper Salomonis peccata non planè auferendum  
regnum sed tantum diminuendum praedicitur: addi-  
turque, v. 56, filio Salomonis unam tribum relin-  
quendam esse, ut remaneat (inquit Dominus) lacerna  
David seruo meo, cuncta diebus coram me in Jerusa-  
lem civitate, quam elegi ut esset nomen meum ibi.  
Rursus 3 Regum 15, v. 4, statuit Dominus Abiam, li-  
cet cor eius non esset perfectum cum domino, lu-  
cernam in Jerusalem, propter David, ut suscitaret  
filium ejus post eum, et statueret Jeruzalem. Ad haec  
Joram filium Josaphat, tamest ambularet in viis  
Achab, noluit disperdere Deus, ut maneret lucerna  
David et filii eius cunctis diebus, 4 Reg. 8, v. 19; 2  
Paral. 21, v. 7. Poterat utique Deus posteros Nathan  
in regnum surrogare, et remansisset lucernam ex fa-  
milia Davidis, sed manifeste voluit eam per Salomo-  
nis lineam conservare; ut ergo Davidi, ita et Salomonis,  
promissum est regnum aeternum, id quod etiam clari-  
rus disertiusque exprimitur, 1 Paral. 17, v. 12, et  
seqq. et 22, v. 10. Nec obstat quod apostolus ut de Christo dictum laudet, illud quod nos ut de Salomone  
dictum mox attulimus: *Ego ero ei in patrem*, et ipse erit  
michi in filium (Hebr. 1, v. 5) imò plurimum hue  
facit. Cùm enim negari non possit quin et de Salomo-  
ne et loci sermo sit, (Christo enim periculum non  
fuit ut iniqui aliquid gereret) intelligendum est Salo-  
monem plus aliquid quam Christi typum fuisse,  
patrem nempe, de quo, filii personae figurante  
genete, habe dicta et promissa sint à patre inceptura,  
in filio absolenda. Quare et amplissimum, celeberrim-  
um atque eternum Christi regnum Psalmus 71 sub  
Salomonis nomine describit, interpretate inter alios  
D. Augustino, lib. 17 de Civitate Dei, cap. 8. Mani-  
festum igitur evadit, aeternitatem regni Davidici, per  
Salomonis progeniem, non obstante Salomonis pec-  
cato, confirmari: quod quidem constare non potest,  
si Salomonis posteritas Ochozia morti defecit, nec  
ex ea Rex Christus prodiit à quo regnum illud integrat-  
tum sitate restitueundum et aeternum reddendum fuit.

Non est hic Resa qui in *Paral. Mosollam*. Mosol-  
lam primogenitus patri Zorobabeli successit in  
principatum, sed cum quem pater in Babyloniam exer-  
cuit, non quidem in Iudea. Rebus enim in Iudea  
quam tota antiquitas postea maximè probavit, ut  
Euseb. lib. 1 Historie c. 7; Hieron. in Math. 1.  
Amb. in Luc., et in primis August. 2, Retract. c. 7,  
et alibi.

Sed objicunt, quid a ratione genealogia filatio  
illa legalis, quia filius naturalis secundo geniti dice-  
batur filius primo geniti, absque liberis definiti? Respondeatur, quia filatio illa legalis in veteri Testa-  
mento tanti momenti erat, ut etiam familiæ perinde  
ut per filiationem naturalem propagarentur; deinde,  
quia lex illi Deut. in typum Christo erat lata, ut sci-  
licet significaret quid Christo mortuo fratres eius  
apostoli, non sibi, sed primogenito in multis fratribus  
Christi scilicet spirituales filios generare debe-  
rent. Cùm ergo lex illa in Christo debuerit impleri,  
operæ quoque prelium erat, ut in ipsis etiam genera-  
logia ad literam impliceret.

Vers. 27. — Quid fuit Zorobabel, qui fuit SALA-  
THIEL. Isti duo planè diversi sunt à Zorobabel et  
Salathiel, qui recensentur à Matth. c. 1, v. 12, sicut

## COMMENTARIA. CAP. III.

constituti, Zorobabel in orientem remigrasse, tra-  
dunt Hebrei, aique ille ipsum et ipsius filium Mo-  
sollam ac nepotes prætulisse Judeis, qui liberorum ac  
possessionum amore ibi remanserant, et reipublice  
formam à Persarum regibus redemierant, prefec*t*o  
sibi è Davidic familiæ principe, quem *Res galuta*  
seu *Alchmalotarcham*, id est, caput exultum vocabant.  
Quare alios Zorobabelis et filios et successors Mat-  
thæus recenset, eos nème qui statas sedes in Iudea  
fixerant, futuros majores Christi. Quare illos haec  
rēcensuit cum *Lucas* evangelista Philo ille, à  
*Janmico Hircano usque ad Resam*, aut certè aliqui  
eorum, Iudaicæ populi duces fuisse pōterunt, sed alia  
occasio necessarium est fuerit quād ut posteri  
Zorobabelis, Salathielis, et Jechonie, quos ex Para-  
limonensis Matthæus nominat.

ZOROBABEL, qui fuit SALATHIEL. Annus, cum,  
suum secutus Philonem, existimet, Ochosia ex stirpe  
Salomonis, mortuo, successisse Joam et reliquos  
deinde a generi Nathan, pitat eos omnes qui à  
Matthæo enumerantur ab Ozia ad Josephum usque  
virum Marie, ex genere Nathan similiter esse, ac  
proinde Zorobabelem et Salathilem quos memorat  
Lucas, eosdem esse quos Matthæus; sed fallitur se-  
cutor errorre, quem refellimus supra; continuam  
enim absque interruptione Salomonice stirpis seriem  
Matthæus ad Josephum usque Marie virum perse-  
quitor. Quod cùm ita sit, jam inde ab Eli patre Jo-  
sephi usque ad Nathan filium Davidis, omnes à Luca  
enumeratos, alios esse oportet, ab enumeratis à  
Matthæo, à Jacob usque ad Salomonem, ac proinde  
nec eosdem esse viros Zorobabelem et Salathilem  
quorum Matthæus, et eos quorum Lucas meminit:  
in qua sententiam et D. Augustinus propendet libri  
Quæsti. in Deut. cap. 46. Illi quorum Matthæus me-  
minit, in Paralipomenon, Esdra, et prophetis, cele-  
bres sunt, ut Salomonis stirps nobilior fuit quam  
Nathanis; sed non est à ratione alienum, Nathanis  
posteros (præseriū ubi ad principatum fortè assum-  
pti fuissent) mutuatos fuisse nomina eorum qui è  
Salomonis familiæ principate clari fuerant, Salath-  
ielis et Zorobabelis, laudatorum, atque insignium  
virorum.

Nec, Hoc nomine, ait Philo ille, à populo vocatum  
fuisse *Joachim*, quando *Evilmerodach rex Babylonis*,  
educo è carcere restituit horum regum, 4 Reg.  
23, v. 28, quasi *lucerna mea*, nec enim Hebrews lu-  
cena est, quod lucerna David, que timbarum ex-  
stincta, relaxisset. Quod verum sit necne, certum  
illud est, ex eodem fundamento quo superiore, non  
posse hunc Neri quem Lucas vocat, illum Joachim  
seu Jechoniam posteriorem secundum Matthæum, esse.

Vers. 29. — JESU. Grecè et Syriacè est Jose.

Vers. 30. — JONA. Grecè et Syriacè Jona.

Vers. 31. — Qui fuit MELEA. Sit cum Sixtinis Bi-

blis legit unum Clamaricensis et tria Ecclesie  
nostræ Audomaropolitanæ manuscripta *Melea*, ut est  
Grecè et Syriacè, non *Melpha*, modi vocali e, mutata  
cum nun*m* aspirata ph, quod est in plurimis aliis.

MENNA, *Mahan* aut *Maenan*: Syriacè *Mad.*

MATTATHIA seu Maitath. Ille natus minimus è filiis  
Nathan, 5 Reg. 4, v. 6; vocatur Ahias, quod inter-  
preteris fratrem principis; *Mattatha* autem donatum.

NATHAN. Hic fuit frater Salomonis; ex eodem patre  
Davide et matre Bethsabee. Nam quatuor liberos  
David Jerosolymis ex Bethsabee uxore sustulit, Salo-  
monem natu minimum, proximum Nathan, tum So-  
lo, primogenitum Simma, 1. Paral. 5, v. 5. Porrò  
Nathan à Salomon regno proximum fuisse, satis in-  
telligitur ex honore in quo Salomon filios ejus hab-  
uit, unum preficiens duodecim tribus Israel; alio utens ut socio fa-  
miliari; tertium vocatum Ahias, fratrem principis,  
præponens domui regie, 3 Reg. 4, v. 5, 6.

Qui fuit David, natus Davidi Jerosolymis ex uxore  
Bethsabee, 2 Reg. 5, v. 14, et 1 Paral. 5, v. 5. Non fuit igitur adoptivus Davidis filius, sive is qui pro-  
phetam egit apud Davidem, sive filius aliquis Uriæ Hethæ; id enim impium sit asseverare, nam sic de-  
cipiat evangelista, ut qui non doceat, id quod pra se fer-  
t, semine David secundum carnem esse Dominum  
Jesum, sed omnino ex alieno semine. David volens  
testatum facere mundo, charum gratianum sibi esse  
correptorum atque animadversorum sum, Nathan,  
Inquam prophetam, unde ex filiis suis, nomen illius dedit.

Vers. 32. — JESSE. Cujus nomen non tacet Isaiae  
de Christi vaticinium: *Ereditetur virga de radice*  
*Jesse*; aliqui enim obscuras fuit; unde David per  
contemptum filius Isai vocabatur, 1 Reg. 20, v. 27,  
3 Reg. 12, v. 16. *Jesse* enim et *Isai* idem unum sunt  
nomine eisdem litteris Hebraicis *w* alii quoque aliis  
vocalibus, ut septuaginta Grecis et Latinis interprete,  
leculi. NAASSON, princeps tribus Juda in deserto,  
Num. 1, 7, 2, 5, 7, 12.

Vers. 33. — AMINADAB. Hic princeps fuit tribus  
Juda in exitu Israel de Egypto, id quod ex Hebrews  
sententia refert Lyramus. ARAM hunc Graeci in-  
terpretes Aram, Hebrews sermo contractus Ram  
voeat. ESDRAS. Graeci codicis Esrom, Latini *Eson*,  
juxta Syros et fontem Hebrewum.

Vers. 34. — JACOB. Esau à Deo odio habitus et  
reprobatus, Jacob vero dilectus, Mal. 1, 5, Christo  
filio auctor est. ISAAC. Non ex Ismaele, sed ex Isaac  
promissionis magis quam carnis filio, ortus est Christus,  
sancti Spiritus magis quam naturæ operatione  
natus; nam, in Isaac vocabitur tibi semen, Deus dix-  
erat, Gen. 21, v. 12.

ABRAHAM. Ad Abraham genealogiam exorsus est  
Matthæus, ita ut conservarent Hebrewi, qui ex parente  
genitivo sue auctore gloriantur, quippe qui è

Salomonem. Per diversos enim filios Davidis, Lucas  
ascendendo et Matthæus descendendo pertexit genealo-  
giam.

terra et cognatione idololatria à Deo evocatus, multiplicatae posteritatis, que à reliquis gentibus separata in populum Dei cooptanda esset, et perpetua hereditate possidenda Chananea, denique progineaudi ex se seminis, in quo benedicende omnes gentes terrae, promissionem primus accepit, Gen. 12, 1, 2, 5; 17, 6, 7, 8, patris multarum gentium nomine et Dei familiaritate à Deo honoratus, Gen. 17, 5; Jac. 2, 25. Itaque et declaravat Mattheus ab Abraham incipiens, illud quod Apostolus dicit Rom. 15, 8: *Christum Iesum ministrum fuisse circumcisiois propter veritatem Dei, ad conformandas promissiones patrum.*

Vers. 35. — RAGA. Hebreæ est γῆ quod Latinus interpres cum Hebreis Rehu, Septuaginta Ragau expresserunt.

Vers. 56. — CAINAN. Illic à Mose omisus, à solis agnoscitur Interpretibus septuaginta. Moses enim ait, ab Arphaxad genitum Sale : Septuaginta verò ab Arphaxad genitum Cainan, à Cainan Sale, Gen. 11, v. 42. Viros septuaginta cūm secutus sit Lucas evangelista; quippe qui Græcis scriptis, quibus una septuaginta duorum editio familiaris erat; netas si illos mendacis aut erroris arguere : dicendum potius videtur, illos quidem, vel ex veterum Hebraeorum historiis, vel ex Spiritis sancti afflatu, cognitam Cainae generationem addidisse ; Moses verò, eodem Spiritu sancto afflatus, certis ex causis omisissis, intellectusque ab Arphaxad genitum Sale nepotum intercedente filio Caina, ab Arphaxad genitum eum à quo genius est Sale ; qui modis loquendi occurrit, Matth. 1, v. 8. Nisi ostenderes quis possit, generationem illam Cainan superfluum esse, temerari, inquam, additan ab aliquibus fuisse tam Evangelio Luce quam interpretationi septuaginta duorum.

Vers. 38. — ABAM. Lucas, cūm gentibus scriberet

Vers. 36. — QUI FUIT CAINAN, Genes. 11, v. 12. Cainan iste à Moyse prætermittit, secundum textum Hebraicum et vulgatum : sed inseritus fuit septuaginta Interpretibus, quo Lucas hic sequitur. Discordiam istam conciliavimus in illico locum Genes. 10, 29, sensu, ut Cainan à Septuaginta spiritu adjectus sit, et certi mysterii causa à Moyse prætermisssus salvâ veritate. Sunt tamen, qui putant Cainan à Septuaginta male fuisse interpositum : Lucam verò non ex opinione sibi, sed juxta librorum consensum tabulas loqui, in quibus Cainan inseritur reperiatur ; et hoc sat significari illa vox maxime Graeci quæ habeat v. 25, ut putabatur, quam ad omnia sequentia referri volui, ut scilicet Lucas significet se de Christi parentibus loqui, quemadmodum in tabulas relati erant. Neque mirum hoc esse, eum simile quid reperitur 2 Esdræ 7, v. 5 et sequ., ubi recensentur nomina corum qui ascenderant ex Babylonie iuxta tabulas publicas ; quæ tamen recensentur in multis longè aliter ab Esdræ iuxta propriam scientiam lib. 4. Esdræ c. 2.

Vers. 38. — QUI FUIT ADAM. A Christo ad Adam usque Lucas progressus est, ut ostenderet primum et secundum Adamum ejusdem esse naturæ, Christum-

#### CAPUT IV.

1. Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Jordane, et aegabatur à Spiritu in desertum,

2. Diebus quadragesita, et tentabatur à diabolo. Et

Evangelium, genealogiam Christi protracta ad Adam usque protoplastum, et ab ipsa mundi origine, Christi originem magnâ diligentia fidique deduxit, ut intelligendum daret, Christum, non Judeorum tantum salvatorem esse, sed et omnium hominum ex primo Adam oriundorum, quin et ipsius Adæ, cui jam tum promissus etiam fuerat, vel illis Dei ad serpentem verbis : *Inimicitas ponam, etc.* Gen. 3, v. 15. A primâ enim Adæ defectione, ut necessarius fuit omnibus Christus, ita et toti mundo fuit destinatus. Ceterum Matthæus qui Hebreis scriptis, considerans Dei fodus cum Abraham, quo illius semini, à reliquis gentibus quasi interposita mäceria distincto, peculiariter promissus fuerat redemptor, non ultra Abramum progressus, demonstrare voluit, Jesu exhibito, foderi illi sancto satisfactum fuisse.

Qui rur Dei, scilicet filius, ut in precedentiibus omnibus; non quid Adam ex Deo vel à Deo sit gentius, quemadmodum praecedentes filii ex patribus, sed quia à Deo factus est (nam et hæc ratione quandoque Deus pater et creature filii dicuntur, Job 58, v. 7, 23; Jer. 3, v. 4), et quidem modo supernaturali, nullius homini operâ adhucit, ex pulvere terre formatus et spiraculo vite auctus. Adam autem generationem dum evangelista in Deum referat, refert et Jesu, tacite doceat illud in primis non mirum, si secundi Adami Jesu generationem ex virginis, absque viri operâ, Spiritus sancti virtute, accidisse narrat; cum primi Adami generatio, exclusa omni prorsus viri mulierisque operâ, solum Deum haberuit auctorem. Deinde et illud, adventum Christi non in causes naturales, sed in eternam Dei prædestinationem refrendum; denique et illud, per Jesum homines sursum reduci ad Deum, qui per Adam deorsum abduti fuerant à Deo.

que venisse, ut etiam ipsi Adæ, et omnibus ab eo oriundis gentibus salutem afferret. Matthæus autem qui Hebreis scriptis, ab Abram Judeorum et fidei parente, genealogiam suam incipit : idque descendens, Lucas verò ascendendo, quia ab illo significatur nostrorum suspecti peccatorum, ab hoc corum abolitione; quam quia consequitur per baptismum Christi, id est Lucas baptizato tandem Domino seriem generationis ejus exorsus est, eamque perdixit usque ad Deum, quia per peccati remissio Deo reconciiliati reddimus filii ejus, non naturales, sed adoptivi, quia de causâ filios eius adoptivos catalogo suo intenuit. Vide plures-consonantes et dissonantes utrinque, quæ scilicet genealogiae apud Aug. 2, de Consensu Evang., c. 4. Qui rur Dei, scilicet filius, quæ supplex in omnibus praecedentibus, non quid Adam a Deo generatus sit, sed factus, et à locutione filius, quæ dicitur Job 38, v. 28 : *Quis est plusie pater?* Bene autem responderet hinc nupse scilicet principio, ut et Adam dicatur filius Dei, et Joseph filius Heli, neuter propriè scilicet generatione naturali; itenque ut credibilius fiat Christum, novum Adam, sine semine et terreno patre esse natum, quād credibile est veterem Adam sine semine et matre terrenâ prodidisse.

#### CHAPITRE IV.

1. Or, Jesus plein du Saint-Esprit, revint des bords du Jourdain, et fut repoussé par cet Esprit dans le désert,

2. Qu'il demeura quarante jours : et il y fut tenté

nihil manducavit in diebus illis ; et consummatis illis, esuriit.

3. Dixit autem illi diabolus : Si Filius Dei es, dilepiū buie ut panis fiat.

4. Et respondit ad illum Jesus : Scriptum est : Quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei.

5. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, et ostendit illi omnia regna orbis terre in momento temporis :

6. Et ait illi : Tibi dabo potestatem hanc universam, et gloriam illorum : quia mihi tradita sunt, et cui solo illa.

7. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.

8. Et respondens Jesus, dixit illi : Scriptum est : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.

9. Et duxit illum in Jerusalem, et statuit eum super pinnum templi, et dixit illi : Si Filius Dei es, mitte in hinc deorsum.

10. Scriptum est enim, quod angelis suis mandavit de te, ut conservent te,

11. Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

12. Et respondens Jesus, ait illi : Dictum est : Non tentabis Dominum Deum tuum.

13. Et consummatâ omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.

14. Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, et fama exiit per universam regionem de illo.

15. Et ipse docebat in synagogis eorum, et magnificabatur ab omnibus.

16. Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, et surrexit legero.

17. Et tradidit est illi liber Isaia propheta. Et ut revolutum librum, invenit locum, ubi scriptura erat :

18. *Spiritus Domini super me : propter quod nuxit me, evangeliæ pauperibus misit me, sanare contritos corda,*

19. *Prædicare captiuis remissionem, et caci visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, et diem retributionis.*

20. *Et cum pluisset librum, redditus ministero, et sedit. Et omnium in synagogâ oculi erant intentes in eum.*

21. *Copit autem dicere ad illos : Quia hodi impleta est haec Scriptura in auribus vestris.*

22. *Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur in verbis gratiae, quæ procedebant de ore ipsius, et dicebant : Numne hic est filius Joseph ?*

23. *Et ait illis : Utique dicitis mihi hanc similitudinem : Medice, cura teipsum : quanta audivimus facta in Capernaum, facta et hic in patriâ tua.*

24. *Ait autem : Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patriâ sua.*

25. *In veritate dico vobis, multæ viduae erant in diebus Eliae in Israel, quando clausum est cœlum*

par le diable. Il ne mangea rien de tout ce temps-là ; et lorsque ces jours furent passés, il eut faim.

3. Alors le diable lui dit : Si vous êtes le Fils de Dieu, commandez à cette pierre qu'elle devienne du pain.

4. Et Jésus lui répondit : Il est écrit que l'homme ne vit pas seulement de pain, mais de toute parole de Dieu.

5. Alors le diable le transporta sur une haute montagne, d'où lui ayant fait voir en un moment tous les royaumes du monde,

6. Il lui dit : Je vous donnerai toute cette puissance, et la gloire de ces royaumes ; car ils m'ont été donnés, et je les donne à qui il me plaît.

7. Si donc vous voulez m'adorer, toutes ces choses seront à vous.

8. Et Jésus répondant, lui dit : Il est écrit : Vous adorerez le Seigneur votre Dieu, et vous ne servirez que lui seul.

9. Le diable le transporta encore à Jérusalem ; et l'ayant mis sur le haut du temple, il lui dit : Si vous êtes le Fils de Dieu, jetez-vous d'ici en bas :

10. Car il est écrit qu'il a ordonné à ses anges d'arrêter de vous et de vous garder ;

11. Et qu'ils vous soutiendront de leurs mains, de peur que vous ne heurtiez le pied contre quelque pierre.

12. Et Jésus répondant, lui dit : Il est écrit : Vous ne tenterez point le Seigneur votre Dieu.

13. Le diable ayant acheté toutes ces tentations, se retira de lui pour un temps.

14. Alors Jésus, par la vertu de l'Esprit, s'en retourna en Galilée ; et sa réputation se répandit dans tout le pays d'alentour.

15. Il enseignait dans leurs synagogues ; et tout le monde célébrait ses louanges.

16. Étant venu ensuite à Nazareth où il avait été élevé, il entra, selon sa coutume, le jour du sabbat dans la synagogue, et il se leva pour lire.

17. On lui présenta le livre du prophète Isaïe ; et l'ayant ouvert, il trouva l'endroit où ces paroles étaient écrites :

18. *L'esprit du Seigneur est sur moi ; c'est pourquoi il m'a consacré par son onction ; il m'a envoyé pour prêcher l'Evangile aux pauvres ; pour guérir ceux qui ont le cœur brisé ;*

19. *Pour annoncer aux captifs qu'ils vont être délivrés, et aux aveugles qu'ils vont recouvrer la vue ; pour mettre en liberté ceux qui sont accablés sous les fers ; pour publier l'année des miséricordes du Seigneur, et le jour de la justice.*

20. Ayant fermé le livre, il le rendit au ministre, et il s'assit. Et tous dans la synagogue avaient les yeux arrêtés sur lui.

21. Et il commença à leur dire : Ce que vous entendez aujourd'hui de vos oreilles, est l'accomplissement de cette parole de l'Écriture.

22. Et tous lui rendaient témoignage ; et dans l'étonnement où ils étaient des paroles pleines de grâce qui sortaient de sa bouche, ils disaient : N'est ce pas là le fils de Joseph ?

23. Sur quoi il leur dit : Sans doute que vous m'appliquerez ce proverbe : Médecin, guérissez-vous même ; faites ici en votre pays d'aussi grandes choses que nous avons entendu dire que vous en avez ce pas là le fils de Joseph.

24. Mais je vous assure, ajouta-t-il, qu'aucun prophète n'est bien reçu en son pays.

25. Je vous le dis en vérité, il y avait plusieurs veuves en Israël au temps d'Elie, lorsque le ciel fut